



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1431. usque ad annum 1441

**Fleury, Claude**


**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118316**


§. 1. Concilium Basileense.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66426](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66426)



HISTORIÆ  
ECCLESIASTICÆ  
LIBER CVI.



EUGENIUS IV. PAPA.  
SIGISMUNDUS OCCIDENT. JOANN. VII.  
PALÆOLOGUS ORIENT.  
IMPERATORES.

§. I.

*Basileense Concilium.*

**I**nter ceteras Synodum Basileam convo- Sæcul. XV.  
candi rationes facile principes erant A. C. 1431.  
duæ sequentes, nimirum, ut Ecclesiæ  
Orientales, aliæque Nationes erroribus  
*Hist. Eccles. Tom. XXVII.* A suis

ibid.  
660  
661  
663  
664  
665  
666

O-



Sæcul. XV. suis a Romanæ Sedis communione avul-  
 A.C. 1431. sæ, rursus eidem unirentur, atque uni-  
 versalis Ecclesia tam in Capite, quam in  
 membris ad veterem disciplinam revoca-  
 retur. Equidem hæc morum instaura-  
 tio jam in Constantiensi Concilio perfici  
 debuisset; occurrentibus tamen pluribus  
 obstaculis alibi recensitis in proxime fu-  
 turam remittebatur Synodum, quæ haud  
 alia erat, quam Senensis, cujus supra  
 meminimus. Attamen & illa ob tumul-  
 tus a seditiosis quibusdam importune su-  
 scitatos optato caruit successu. Ergo  
 denuo aliud expectandum erat Conci-  
 lium; & hoc est ipsa Basileensis Synodus;  
 quæ cum non nisi ea, quæ Constani-  
 tiense Concilium decreverat, executioni  
 dederit, illius complementum, ac velu-  
 ti rivus a suo fonte scaturiens, merito  
 reputanda est.

## §. II.

*Nonnullorum ad hoc Concilium  
concurfus.*

*Acta Patric.  
 Hist. Conc.  
 Basil. tom.  
 XIII.*

Unanimi igitur consensu Basileensis ci-  
 vitas ad congregandam hanc Syno-  
 dum seligitur. Jamque quarta mensis  
 Martii die Viceliacensis Abbas Ordinis  
 S. Benedicti ex Æduana seu Augustodu-  
 nensi Diœcesi Basileam venerat, Synodo  
 interfuturus. Ast diu nequidquam ex-  
 pectatis